

adjetivi, ceu Psalm. IX, 5. *judex justitiae* i. e. *justus*, Psalm. XVIII, 49. *vir violentia*, i. e. *violentus*: Psalm. XXXI, 3. *petra fortitudinis & domus munitio-*
nū *sc.* Simul etiam notandum venit, quod affixum, cùm nomini regenti apponi nunquam possit, pag. nō. num. 9. annexatur nomini recto, licet quoad sensum pertineret ad regens; ceu & h. l. dicendum fuerat: *meus vir pacis* seu pacificus, pro quō dicitur: *vir pacis mee*: similia ex-
empla Jes. LVI, 7. *בֵּית הַפְּלָרִי* i. e. *domus mea* *precationum*, (non *domus orationis mea*; ac si ipse Deus oraret illic, uti quidem nonnulli volunt fabulosi Judæi:) sic Esth. V, 1. *super solio regni suο*, pro super suο solio regiο: Psalm. XV, 1. mons sanctitatis tuus, & Psalm. L, 11. spiritus sanctitatis tuus, pro: mons & spiritus tuus sanctus. Similis phrasis Jer. XX, 10. *כָּל אֲנוֹשׁ שְׁלוֹמִי* cap. xxxviii, 22. & Obad. vers. 7: *אֱנֶשִׁי שְׁלוֹמָךְ*. Perhunc autem amicum plerique intelligunt Achitophelem: ut Vinarienses; alii Absalomum. *Vatablus* singularem accipit synecdochice pro plurali. *Muis* per *אֲשֶׁר שְׁלוֹמִי* amicos, per *edentes panem*, domesticos intelligit. Judæ Ischar. non debemus hic obliuisci Job. XVIII, 13. 23. XXVI, 23.

אֲשֶׁר כָּן *quō in cō:* pro, *in quō speravi* vel fiduciam posueram: nimirum pronomini relativo, quando in casu obliquo debet poni, non præfigitur præfixum, sed eidem subjungitur, cum affixo ejus generis, cuius est nomen antecedens; ceu Genes. I, 11. *אֲשֶׁר זָרַע בּוֹ* Psalm. XXVI, 10. *אֲשֶׁר בְּידֵיהֶם* &c.

לְחַמִּי *panem meum edens*: i. e. consalinus meus, qui mecum & de meō capit cibum. *Panem* enim pro cibo poni in genere, notum in vulgus. Lutherus prius: *der mit mir aß*: postea: *der mein Brodt aß*: ubi significantius adhuc exprimitur perfidi hujus hominis obligatio, quid non modo socius, sed & beneficiarius fuerit seu alumnus hujus patientis sui evergetæ, de ejus victu sustentatus, &c.

הַגְּרִיל *magnificavit contra me calcaneum*: i. e. instar equi ferocientis, qvum subjicere se mihi ac inservire deberet, impetiit me calcibus; ita Flac. p. 1. Cl. f. 95. *Vatablus*, *Piscator*. confer Job. XIII, 18. Verbum *הַגְּרִיל magnificavit*, magnificè in altum sublevavit, h. l. designat insignem perfidi istius nebulonis insolentiam, quā in altum suos quasi calces sustulit, contumeliosè benefactori insultavit, miserumque Davidem, vel Davidis filium Mesiam, supplantare, penitusque velut proculcare, fuit conatus. De verbō vide Psalm. XXXV, 26. XXXVIII, 17. Lutherus: tritt mich unter die Füsse. Campensis: *sublato pede*, *velut calce*, petebat me. *Muis* metaphoram accersit à cursu certantibus, & *Theophylactus* à luctantibus, qui supposito pede alterum supplantat. *Aben Ezra* & *Kimchi* exponunt de contemptu, per neglectam ægroti visitationem ostensō, ubi hostes magnifecerant quasi se & suos passūs, ne hunc adirent. R. Salomo intelligit *insidias*, adducto textu Jos. VIII, 13. & posuerunt exercitum ad septentrionem urbis, *וְאַתָּה עֲקֹבֵי* & *insidias* ejus ad occasum urbis; adeoque sensus h. l. emergeret: *magnas mibi struxit insidias*. Verum in textu citatō *עֲקֹב* potius *Extremum rei* notat, quod ex accidente *Insidiantium* tenebat partes; ut proinde durum sit, eundem hoc trahere significatum. Chaldæus: *אַתְּרַכְּבָב עַל לְחַקְמָא* *magnificavit se*

בְּגַי אַחֲנְכָּרְבָּב עַל *vehementer fraudavit me*. Syrus: *Qui & ipsi videntur respexisse significatum verbi עֲקֹב frandavit, decepit*: verum de nomine *עֲקֹב* talis acceptio probari vix poterit; quā de causā recalcitrantis bestiæ imaginem hīc omnium convenientissimam arbitramur. Confer Deuter. XXXII, 15. *impingvatus est Israël & recalciavit* &c.

EXPLICATIO VERSUS XI.

וְאַתָּה sed tu Domine: emphaticè hoc pronomine Deum compellat, tacitamque videtur facere antithesin inter perfidiam amicorum, & fidelitatem Dei sui, ad quem etiam unicè se convertit, ejusque misericordiam implorat, aversus à crudelitate & fraudulentia hostium, *Vav* sumitur adversativè: *Sed, veruntamen*, ceu suprà multoties.

וְחַקְמָנִי וְerige me: nimirum è pulvere contemptus omnigenæque egestatis, quorsum me abjecerunt furiosi mei supplantatores, calcibus suis cuncta prosternentes. Lutherus prius: wecke mich auf: postea melius: hilf mir auf. Moguntina: richte mich wieder auf.

B וְאַשְׁלָמָה ut rependam ipsis, vel, tunc re-
pendam: nimirum ut magistratus, removendo eos ex aulâ, &c. pro ratione scilicet ac mensurâ incorrigibilis ipsorum malitiæ, ut qui cunctam meam ipsis oblatam gratiam ac favorem adeo scelestè ac pertinaciter excusserunt, & nil nisi mala pro bonis retribuerunt. Facta hæc retributio quoad Messiam, in excidiô Hierosolymæ, fietque plenè demùn in ultimô judiciô: ita Höpfnerus. Imò, cùm David Simejo condonaret, Davidis filius tanquam verus Deus, vindictam sibi servabat, Deut. XXXII, 36. Rom. XII, 19. Psalm. LXIX, 23. CIX, 6. Vel retribuam eis bona pro malis, juxta Psalm. XXXV, 13. in duebar faccio, &c. Psalm. VII, 5. non retribui mala &c.

EXPLICATIO VERSUS XII.

וְדַעַת cognosco וְcognoscam etiam imposta-
rum: præteritum pro tempore præsente, pag. 26. cum sub clausulâ subjungat id, quod ex auxiliu divini concessione erat collecturus, nimirum se a Deo diligi instar filii, ubi hosti non fuerit victoria concessa. Ansam ex hōc verbō capit, *Muis*, ut carmen hoc à convalescente demum compositum fuisse arbitretur; quamvis & alternum subjungat, si hoc displiceat; videlicet præteritum poni pro futurō; *cognoscam* &c.

C כי חִנְצָת quod diligas me: nimirum amore paternō ac intimō, non autem dilectione communi, quā & alias tuas prosequeris creaturem, vide de hōc verbō Psalm. I, 2. XL, 9. Opponitur autem hoc fine dubio sarcasmis hostium, quos misero huic, à Dei favore excluso pénitus, objecerunt; sicuti Messia factum novimus, ex Matth. XXVII, 43. confer Psalm. XXII, 9. eripiat eum, si *כִּי חִנְפָּצָה* dilexerit eum.

כי quando: sic pro adverbio temporis acceptum etiam vidimus hanc particulam, alias eau-
salem, Psalm. XXIII, 4. XXXII, 3. XXXVII, 24.

יריע vociferabitur vel triumphum canet: nam alias *יריע* (à *יריע*) significat in genere *ma-*
gnū edere clamorem, sive id fiat voce, sive tubis, v. g. in bellō, 1. Samuel. XVII, 20. Jos. VI, 10. Joël II, 1. Num. X, 7. sive ex luctū vehementi dolorisque impatientiā, Jes. XV, 4. Mich. IV, 9.

Ff a